

7/575.

C. J. CÆSARIS  
OPERA

~~5057~~

# C. J. CÆSARIS

## OPERA

CUM LECTISSIMIS VARIORUM NOTIS, QUIBUS SUAS ADJECIT

ELIGIUS JOHANNEAU.



PARISIIS  
EXCUDIT C. L. F. PANCKOUCKE  
EQUES LEGIONI HONORIS ADSRIPTUS  
FRANCOFURTI  
(Ad Mœnum)  
APUD JOH. CHRISTH. HERMAN  
LIPSIÆ  
APUD JOH. AMBR. BARTH


M DCCC XXX.

## NOTITIA LITTERARIA

# DE C. JULIO CÆSARE

EX G. J. VOSSIO,

J. A. FABRICIO, ET H. DODWELLO.



C. JULIUS CÆSAR dictator, eloquentia doctrinaque non minus, quam incredibili ingenii animique vi, rerumque gestarum magnitudine clarissimus, post Galliam subactam, victum Cn. Pompeium, et oppressam libertatem, quum summa potestate paulo ultra quadriennium moderate satis usus fuisse, in curia a conjuratis confossum periiit idibus martii, anno urbis 710, ante Chr. 44, ætatis 56. Maximus imperatorum, *summusque auctorum* fuit, ut ait Tacitus, et varia admodum scripsit: ex quibus sola supersunt, quæ in re historica reliquit. Nempe extant ejus *De bello quod cum Gallis gessit Commentariorum libri vii*, quorum *singuli singulorum annorum* res complectuntur. Unde Hirtius, viii, 48: « Scio Cæarem singulorum annorum singulos commentarios fecisse, quod ego non existimavi mihi esse faciendum. » Ad hæc tres de bello civili. Ciceronis de iis commentariis judicium